

Epicedia In praeproprium at beatum Obitum Elisabethae Clandrianae, Foeminae Pietate ... Viri ... Dn. Johannis Nesen, Senatoris Reipublicae Gustroviensis ... Mercatoris Primarii, Coniugis desideratissimae, Quae Anno ... 1638. V. Calend. Martii ... commigravit


Gustrovii: Venator, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771557264>


Druck Freier  Zugang



Michael, D.,
auf G. Amandrian,
Chefrau des J. Neese.
Güstrow 1638.







EPICEDIA

In præproperum at beatum Obitum

ELISABETHÆ
CLANDRIANÆ,

Fœminæ Pietate in DEUM, Fide in Maritum,
Comitate in Proximum Laudatissimæ,

Viri Spectatissimi & Prudentissimi

D. N. JOHANNIS
NESEN, Senatoris Reipublicæ

Gustroviensis Dignissimi, ibidemq; Merca-
toris Primarii, Conjugis desidera-
tissimæ,



*Χρ̄ιστογονίας 1638. V. Calend. Martii sub
serenissimam Vespertinam ex hac miseriarum valle ad
cœlica Tempe commigravit.*

Decantata

Ab Amicis Condolentibus.

GUSTROVII

Typis VENATORIANIS impressa.
Anno M. DC. XXXVIII.





Mbustum torrem non parteprehendimus illâ,
Qvâ calet, & flammam cæpit habere suam.
Qvâ necdum candet, nec flammâ titio lucet,
Istâ prudenter parte tenemus eum.

ECCE VIR PRÆSTANS parili ratione, JEHOVA

Qvam nunc immittit summus habeto crucem.

Bombardogladio funhastiflammiloquentes

Nuperius merces diripuere tuas,

Turba maligna virûm molita est noxia quæq;

Urbis nostræ intra Rostochiiq; vias,

Complures alios te vestibus exiit inter,

Intactum corpus vix quoq; passâ tuum.

Ecce modò accedit novum & immedicabile vulnus,

Dum rapit uxorem Parca maligna tuam.

Overè magnum novum & immedicabile vulnus,

Non nisi divinâ quod coalescit ope!

Proh quantum superat crux hæcce domestica damna

Illâ priora, animum quàm cruciatq; tuum!

Gaudium amorq; Viri, sobolis spes chara frequentis

Exspirat, custos quàm studiosa domus.

Gemma pudicitia, pietatis stella, secunda

Costa tui occurrabit, febre præusta, tori.

Non gaudens tinctis fucato pectore verbis

Occidit, at justæ simplicitatis amans.

Qvam pudor & virtus, quam raraq; gratia morum

Et Rachalæa Venus condecorabat, obit.

Tu verò hancce tuam VIR SPECTATISSIME, mente

Qvâ decet, ac animo fer patiente crucem.

Non quâ parte dolet, sed quâ docet, accipe sortem,
 Quam modò tam duram tam paterisq; gravem.
Nimirum rarò clades nos occupat una,
 Cum plerumq; alio juncta dolore venit.
Res hominum fragiles omnes sunt, omnia summi
 Nutu ac arbitrio stantq; caduntq; DE I.
Macte hoc inde bono; potior pars reddita prædæ
 Est tibi, te Dominum repperiitq; suum.
Non fuit ausa tuis tantillum turba nocere
 Artibus, æterno sic prohibente DE O.
Immundo mundo per charam noluit idem
 Longius uxorem dehinc superesse tuam.
Hæc tibi chara fuit, sed multò charior ipsi,
 Hinc quàm maturâ mortè beavit eam.
Siste graves igitur lacrymas, concede Maritam
 Se paradisiacis exhilarare bonis.
Dum vixit Christo vixit, jam mortua Christo
 Mortua in æternos vivit ovatq; dies.
Omnibus erepta est damnis mundiq; procellis,
 Quàm bene vivit, dum nos mala cuncta premunt!
Siste graves iterum lacrymas, concede maritam
 Se paradisiacis exhilarare bonis.
Quod superest, nec te nec natos deseret, illa
 Cui commendavit seq; suosq; DE U S.

Officii ac solatii ergò Amico suo
 haud vulgari scribebat

M. SIMON RHODIUS,
Past. Grub. Urbis patriæ p. r.
 inquivilinus.


DE-

DEFUNCTA.

Mortem flere meam, *Conjux mæstissime*, noli,
Fundite nec lachrymas, pignora grata tori.
Vixi etenim vobis, licuit quo tempore vixi :
Mortua nunc vobis ; vivo beata DEO.
Sit finis gemitus igitur, namqve irritus omnis
Est gemitus, gemitu quem revocare juvat !

Condolentiæ contestandæ
ergo faciebat

MARTINUS HAGEN,
Pastor Cracoviensis.



Eheu ! quam brevis est humanæ linea vitæ,
Et dubias versat mors inopina vices ?
REGINAM sequitur soror ELISABETHA, petitq;
Elysiæ sedes præproperante gradu.
Ambæ Matronæ fidei splendore coruscæ,
Et quibus à fastu mens aliena fuit.
Ambæ nutrices inopum, matresq; fideles,
Ambæ fautrices Presbyterisq; piis.
Ambæ Matronæ longævus Nestoris annos
Vivere condignæ, Mathusalesq; dies .
Sed quàm fallaces sunt spes, atq; irrita vota !
Proh quam Matronæ succubuere citò !
Sepè quidem fieri docet experientia, luctus
Ut luctum excipiat, mœror itemq; novus.
Unum cum primis funus gentilia plura
In magna sequier funera gente solent .

A 3

At mi-

At minimè frustra densata hæc funera fiunt,
Sunt causæ occultæ, quas habet ipse D E U S.
Certa futurorum sunt præscia signa malorum,
Oppida cum pagis destitui populis.
Ergo G U S T R O V I U M non arrige segniter aures,
Matronasq; pias sic abhisce dole.
Parce precor nobis, cœli Pater optime parce,
Dic, & ut æternas fac sapiamus opes.

Mæstissimo Viduo

D N. JOANNI NESEN, &c.
Onesiphoro suo scribit

STEPHANUS HANE.

✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻
Dum Bellona ferox sævis instructa machæris
(Horrendum dictu!) bella cruenta movet,
Dum concussa gravi patria anxia vulnere Martis
Langvet, & extremum sustinet ægra diem :
Ecce Erebi Noctisq; venit scelerata propago
Delitium matris, svaviolumq; patris ;
Et Marti socium sese dat rebus agendis,
Præpropera; manu cuncta creata rapit ;
Fama vocat Mortem : primos imitata parentes
In Paradisiacis spicula sumsit agris.
Quam malè res cecidit, si sede morantur in unâ
Hi defensores; quod capit hic, facit hæc.
Hinc furor armorum multas dudum occupat urbes
In quibus augustæ gaudia pacis erant,

Atq;

Atq; ubi blandisonæ citharæ modò plectra sonabant,
Jam nunc Mavortis classica dira fremunt.
Nec minus imperium exercens sua fulmina mittit
Intrepidè fera Mors atq; domi atq; foris;
Hinc illæ lachrimæ, tristesq; in funera fletus,
Flet sobolem amissam tristis uterq; parens,
Aut matrem atq; patrem nati, cognatus amicum,
Uxorem viduus, luget & illa virum.
Ah quantum miseranda hauris Germania damnum
Marte & Morte tuum depopulante solum!
Scilicet hoc facit ira DEI seriesq; malorum
In quibus infelix Teutona terra jacet.
Res gravis ira DEI, quâ fors heic nostra caduca est
Et citius bullâ præpete vita perit,
Nascentes morimur, sæpè ortus & exitus idem,
Proh miseri miserâ quam statione sumus!
E tumulo hoc clamat, monstratq; NESEIA conjux
Quæ curvâ mortis falce resecta cadit,
Heu cadit ante diem primævo flore mariti
Delitium ELISABETH, pulchra virago, decus,
O spes, fallaces! matronas inter honestas
Lucida stella cadit, vivida stella perit,
Quæ Dominum in vitâ constanti pectore amavit,
Nilq; habuit verâ religionè prius,
Munera pauperibus dare lætâ fronte solebat
Jussit nunquam cras ire redire inopem,
Maxima cura fuit castâ prece flectere JHOVAM
Hinc rursus à Domino semper amata fuit.
Nunc æterna capit cœlestis gaudia vitæ
Ejus ubi pietas lucet ut Astra Poli.

Ingens hæc laus est, Vir Spectatissime, cujus
 Præsenti in luctu te memorem esse decet,
 Causa quidem te flere facit gravis atq; dolere,
 Nam Viduo soli tota regenda domus.
 Sed quid flere juvat, quid tristia fata dolere?
 Defunctam lachrymæ non revocare queunt.
A Domino factum est, cujus Divina Potestas
 Vitæ jura suâ sub ditione tenet.
 Colligit Ille suos æternæ ad gaudia vitæ,
 Perpes ubi requies est, ubi verus amor.
 Hisce anima illustris moribundi mole soluta
 Corporis, atq; poli sede recepta Vale.

Inter suspiria & lachrymas fi.
JOACHIMUS BAUMANNUS,
 Pastor hæctenus Kitenfis.

Hilff o Du grosser wunder **G**ott/wie gehes in diesem Leben/
All Freud verschwind für Angst und Noth/ das Herz im Leib
 möcht beben/
Wo man sich jrgend nun hinkehrt/ sey wo es woll auff Erden/
Nichts als nur Kriegesgeschrey man hört: Ach wie kans besser werde;
Zu groß die Bosheit ist/ zu viel der Sünden sind;
Der lebt noch nicht zur frist/ ders all erzehlen künnt.
Des Marcis Grim und Wätereij/ wil noch von uns nicht lassen/
Des Zaclionis Schindereij nimpt zu übr alle massen/ (sen/
Das macht/das uns Gott so heimsucht/ und thut uns ernstlich straf-
Wer nun bey Ihm nicht hat zuflucht/ wird viel kriegen zu schaffen.
Hilff o getreuer **G**ott / durch Christum deinen Sohn/
Wend ab die grosse Noth/ des hast Du ruhm davon.
Wer wil und kan denn frölich seyn/der hier an thut gedencken/
Wer ist/den dieses Lebens schein nicht inniglich solt krencken/

Die

Die frommen Gottes Kinder all mit groß verlangen beiden/
 Daß sie nur auß dem Jammerthal mögen im Fried abscheiden/
 Die Zeit wird ihnn zu lang/zu groß wird oft die Noth/
 Der Teuffel macht sie bang/ daß mancher wünscht den todt.
 Dieses gar wol besinnen thet mit hohem Geist und Gaben/
 Die Selig Fraw Elisabeth Glandrians/ jetzt erhaben
 Zu selger ruh/ ihrm Nahmen nach; kont bey sich wol ermessen/
 Diß Leben sey voll Ungemach/ drum wolt sie gern vergessen
 Was hoch in dieser Zeit und herrlich wird geacht/
 Die ewig Seligkeit ohn unterlaß betracht/
 Nun hat auch der Gottseligkeit Verheißung sie zu lohne/
 Für ihr Arbeit und Frömmigkeit treget sie die Ehrenkrone/
 Die Gott zu geben ist bereit denen die Ihn lieb haben/
 Gedultig seyn in Lieb und Leid/die Seelen wil Gott laben/
 Wil sie retten auß Noth/ im Glauben halten rein/
 Auch mitten in dem Tode solt gut gemeynet seyn.
 Diß wolt nun/ Hochgeehrter Herr/ bey diesem riß bedencken/
 Vnd all die jetzt beträbet sehr/ solt euch zu sehr nicht krencken/
 Ewr Liebste/Schwester/und gut Freundin/ewr Mutter außerköhren/
 Hat durch den Tode ein groß gewin erlangt/ ist nicht verlohren/
 Ach wie so wol ist ihr/ sie kompt nicht wieder her/
 Wir müssen folgen schier auff diesem Zehren Meer.

J. B.

E Loquar an fileam tam lamentabile factum,
 Quando repentinâ morte iuventa cadit?
 Ecce Sibyllinæ quæ vincere secula Vatis
 Digna videbatur, tam citò luce cadit.

Isvo-

Is vocat hos citius miseri de carcere mundi,
 Quos amat, & transfert in sua regna poli.
Interea lachrymæ non profunt, sola voluntas
 Fit Domini, in cuius vitaq; morsq; manu.
Et tu Vir reputans hæc Præstantissime tecum
 Non indulgeto fletibus ulterius.
Quin potiùs lachrymis jam metam pone, tibiq;
 Nunquam displiceant quæ placuere D E O.
Quæ tua chara fuit Conjux, modò vivit Olympo,
 Angelicos cœtus inter habetq; locum.
Jam Christum Dominum, quem viva est ante professa,
 Quàm lætis oculis conspicit usq; suis.
Quid multis? junget Judex de nube serenâ,
 Vos iterum, interea molliter osâ cubent.

Condolentiæ & observantiæ ergo
deproperabat

PAULUS SEGERUS,
Gustrov. Megap.

OMne solet trinum perfectum ducier, Ergo
 Addo sub finem disticha trina modò.
Summe Parens mundi viduum solamine mæstum
 Affice, & illius pignora chara tuo.
Si tua dextra deest, cadimus, si subvenit illa,
 Surgimus, ergo juva, Jova ter alme juva.


NICOLAUS MUETHIUS,
Gustrov.

Qua


Qua me materno semper complexa favore est,
Quam subito summum clausit in orbe diem?
Scilicet erumna nos usq; & usq; fatigant,
Et quo luctetur mens pia semper habet.
Alme DEUS, viduas qui respicis atq; pusillos,
Rite mihi dignis prospice quæso modis.

JOACHIMUS HANSEN.





H
ei



GUSTAV KOCH
Buchbinderei
ROSTOCK.



Leichpredigt.

Alten/ Job. 12. Sagt mir aber/ welche
grawe Haar? Klugheit/ Weisheit
sehen: Wenn ihr rechtschaffen grün
gend auff lernet das Wort Gottes/
Brun der Weisheit/nach der Schriff
ihr auß dem Göttlichen Worte recht
die rechte Weisheit des heiligen Evan
Weisheit bey den vollkommenen / We
heit dieser Welt/auch nicht der Oberst
welche vergehen / Sondern die heiml
Weisheit Gottes / welche Gott ve
der Welt/zu vnser Herrligkeit/ 1. Cor
ist das rechte Meer? Ach wenn ihr eu
Glauben rechtschaffen schön schmücke
unbeflecktem/ Gottseligem Wandel v
von geschrieben stehet 2. Pet. 3. Davon
Herr Jesus gesagt hat: Lasset ewer
für den Leuten / daß sie ewre gute We
ewren Vater im Himmel preisen/ Ma
seheth/ vnd trachtet darnach / daß ihr in
immer zunehmen möget / vnd also me
kommen / zu einerley Glauben / vnd
Sohns Gottes / vnd ein vollkomme
den/der da sey in dem Maß des vollkom
Christi / nach der Schriffte Ephes. 4.
langet hat / durch Gottes Gnade / na
das ihm Gott gegeben hat / das ist da
Haar / vnd solche Leute haben ein rech

D

25

Syr. I. v. 5.

1. Cor. 2. v.
6. 7.

2. Pet. 3. v.
11.
Matt. 5, 16.

1. Thes. 4.
v. 1.

Eph. 4, 13.

Rom. 12.
v. 3. 6.



Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No. 011
Patch Reference numbers on UTT